

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Invidia h
cum uariis

Inuidi color pallore afficitur, oculi deprimuntur, mens accenditur, membra frigescunt, fit in cogitatione rabies, in dentibus stridor. Nam cum inuidi mentem liuor excruciat, bonum quod appetit sibi ab alio adimi aut restringi metuit. Qui ergo liuoris peste plene carere desiderat, illam hereditatem diligit quam coheredum numerus non angustat.

Gregorius in quadam omelia.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

excruciat] excruat (*cor. supra lin.*) B; quadam om. P V¹ V² L¹ L²